



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Dicta egregia Sancti cuiusdam senis Aegyptij. Capvt. CX.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

tis, & humilis, qui fuit Episcopus Capitoliadis, quod duodecim annos obseruasset eum, si vel semel turbaretur & nunquam turbatum vidit, idq; in hoc tempore, quando omnis desidia, & negligentia, & mollities, & inobedientia regnat. Quis autem, aiebat, ita frenauit<sup>1</sup> oculum, sicut pater noster sanctus Georgius? Quis ita posuit ianuam auribus, sicut beatus iste? Quis ita continuit linguam, sicut pater noster? Quisnam solaris radius ita illustrauit terram, sicut pater noster nostrum omnium corda radiauit.

<sup>1</sup> Vide quibus virtutibus claruerit sanctus Pater.

*Dicta egregia Sancti cuiusdam senis*

*Aegyptij.*

CAPVT. CX.

**A**SSVMPSI Dominum meum Sophronium, & perreximus in monasteriū, quod ab Alexandria decem, & octo passuum milibus distat, ad senem quendam magnæ virtutis, Aegyptium genere, dixique seni: Dic nobis verbum, pater, quomodo debemus simul habitare, quia Dominus Sophista voluntatē seculo renunciandi habet. Ait senex: Bene facit, si inueniāns seculo, saluansque animā tuam. Sedete<sup>1</sup> igitur in cella, vbi vultis, sobrie, & vigilanter, quietem, ac silentium seruantes, & sine intermissione orantes, & spem habeo in Deum, filij, quod mittet vobis scientiam suam ad illuminandas animas vestras. Dixit iterum: Si saluari, filij, cupitis, fugite homines. Hodie enim nos non desistimus omnium terere limina, omnemque ciuitatem, ac regionem circuire, sicubi possimus auaritiæ, vel inanis gloriæ nobis ipsis stipendia acquirere, & animas nostras implere vanitate. Dixit iterum senex: Fugiamus iam, filij, quoniam  
appro-

appropinquat tempus. Dixit iterum: Væ væ quia  
 tum flebimus, quantumque pœnitebimus pro eo,  
 quòd modo pœnitere nolumus. Dixit iterum: Ne-  
 que cum laudamur, nos ipsos continemus sub hu-  
 militate, neque rursus cum vituperamur, tolera-  
 mus. Aliud quippè nobis inanem gloriam fugge-  
 rit, aliud mœstitiam nobis miseris facit. Vbi vero  
 tristitia, & inanis gloria est, nihil boni reperitur.  
 Dixit iterum: Patres nostri, vt magni, atque mira-  
 biles, pascebant multos; ego autem humilis vnam  
 ouem regere non valeo, sed semper ferarum mor-  
 sibus pateo. Ait rursus: Dæmonum opus hoc est,  
 vt cum animam in peccatum deiecerint, tunc nos  
 in desperationem præcipitent, vt perfectè nos per-  
 dant. Semper enim dæmones dicunt animæ: Quæ-  
 do morietur, & peribit nomen eius? Si igitur lo-  
 bria fuerit anima, & ipsa ad eos è contra clama-  
 bit, & dicet: Non moriar, sed viuam, & narrabo o-  
 pera Domini. Quoniam igitur magnam habent  
 impudentiam dæmones, & ipsi rursus clamant  
 dicentes. Transmigra in montem, velut passerid  
 circo & nos ad illos dicere debemus: Nam & ipse  
 Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non  
 emigrabo. Dixit iterum senex: Esto ianitor cordis  
 tui, ne intret peregrinus dicens. Noster es, an ad-  
 uersatorium?

*Factum cuiusdam viri calui, & Sacco  
 induti.*

C A P V T. CXI.

**E**GO & sodalis meus Sophronius, cum in A-  
 lexandria essemus, die quadam perreximus  
 ad Theodosij Ecclesiam, obuiumque ha-  
 buimus in vico virum quendam caluum, in-  
 dutum sacco vsque ad genua. Videbatur autem  
 quai